Si quis contra Remp. se amici causa fecisse fateatur. * Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, ut nos longe p̄spicere oporteat futuros casus Reipub. Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoꝝ consuetudo maiorū. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, uel regnauit is quidē paucos menses. Nunquid simile populus Ro. audierat aut uiderat? hunc etiam post mortē secuti amici, & propinquui. Quid in P. Scipionē Nasicam efficerint, sine lachrymis non queo dicere. Nam Carbonem quoꝝ quem modo possumus, prōpter recentē penam Tib. Gracchi sustinuimus. De C. Gracchi autē tribu- natu quid expectem, non libet augurari. Serpit enim deinde res, quae proclivis ad perniciē cum semel cœpit, labitur. Videtis in fabella ja ante quanta sit facta labes, primo Gabinia lege, bienio autē post Cāssia. Videre iam uideor popu- Roma. à senatu disunctū, multitudinis arbitrio res maxmas agi. Plures enim dicent quē admodum hæc fiant, q̄ quemadmodum his res statut. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quicquam tale conatur. Præcipiendū est igitur bonis, ut si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magna re aliqua in Rempu. peccanti- bus nō discedant. Improbis autē poena statuēda

1. gno alijni s. tota
Remp. b. 2. 2. est,

LAEIVS DE AMICITIA.
est, nec minor uero nō, qui securi erunt alterum,
qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clari-
or in Græcia Themistocles? quis potētor? qui
cum imperator bello Persico scripture Græciam
liberasset, propterq; inuidiam in exilium missus
esset, ingratae patriæ inuidiam non tulit, quam
ferre debuit. Fecit idem qd XX annis ante apud
nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra pa-
triam inuentus est nemo. Itaq; morte sibi uterq; Themisto
consciuit. * Quare talis improborū consensio, cles morte
nō modo excusatōe amicitiæ tegēda non est, sed sibi consci
uerunt. Cor
Amicitia
potius omni supplicio vindicāda est, ut ne quis * Epilog
concessum putet, amicum bellum patriæ inferen- huius loci
tem sequi. Quod quidem ut res cœpit ire, haud quatenus
scio an aliquando futurum. Mihi autem nō mi- amicitiæ.
nori curæ est, qualis R esp. post morte meam
futura sit, quām qualis hodie sit.

H AEC igitur prima lex amicitiæ fancia-
tur, ut ab amicis honesta petamus, amico-
rum causa honesta faciamus, neque ex pectemus
quidem dum rogemur, sed studium semper ad-
sit, contatio absit, consilium uerum dare gaudea-
mus libere, plurimum in amicitia amicorū bene-
ficiantium ualerit autoritas. Eaq; adhuc beatur ad Dilutio
monendum nō modo aperje, sed etiam acriter, argutari
si res postulabit, & autoritatib; adhibita pareat. tia propo
* Nam quibusdam, quos audio sapientes fuisse nuntiar à
B 5 habi- Græcis.

Repetitio qmnd dñ orq; hñm
grecam. Et amicitiæ pugnare
et xpelendi

777
778

M. T. CICERONIS

qui vobis vibri, apertos
et tenuis habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia
Repetens: quædam. Sed nihil est quod illi nō persequan-
tur suis auguris, partim fugiendas esse nimias
amicitias, ut necesse sit unum sollicitum esse pro
pluribus, satis superq; esse sibi suarum cuius re-
rum curam. Alienis nimis implicari molestum
esse, q; commodissimum esse laxissimas habendas
amicitiae, quas uel adducas cum uelis, uel
remittas. Caput enim esse ad beate uiuendum se-
curitatem, quæ frui non possit animus, si tanquam
parturiat unus pro pluribus. Alios autem dicere
aiunt etiā multo inhumanius, quem locum bre-
uiter perstrinxí paulo ante, præsidij adiumentis
causa non benevolentiae, neq; charitatis amici-
tias esse expetendas. Itaque ut quicq; minimum fit
mitatis habeat, minimumq; turru, ita amicitias
appetere maxime. Ex eo fieri, ut mulierculæ ma-
gis amicitiarum præsidia querant q; uiiri, & in-
opes, q; opulentii, & calamitosi q; hi qui putan-
tur beati. O præclaram sapientiam. Solem enim e-
st tollere mundo tollere uidetur, qui amicitiam e uita tol-
lunt, qua à dñs immortalibus nihil melius habe-
mus, nihil iucundius. Quæ est, enim ista securitas
specie quidem blanda, sed rē ipsa multis locis re-
pudianda est. Neq; enim est consentaneum, illa
honestam rem, actionemque, ne sollicitus sis, aut
non suscipere, aut suscepsum deponere. Quod si
cūrā

Dilectio fru-
argente
de cori-
pis fi-
do tollere
orientis
amici
tiā e uita
tollunt.

EX
PO.
S.
HO

intra
abian la.

in hoc amicitia

LAElius DE AMICITIA.

curam fugimus, uirtus fugienda est, quia necesse
est ut cum aliqua cura res sibi contrarias al per-
netur atq; oderit, ut bonitas malitiam, tempera-
tia libidinem, ignauiam fortitudo. Itaq; uideas
rebus iniustis, iestos maxime dolere, imbecilli-
bus fortes, flagitosis modestos. Ergo hoc pro-
prium est animi bene constituti, & letari bonis
rebus, & dolere contrariis. Quamobrem si cadit
in sapientem animi dolor, qui profecto cadit, ni-
si ex eius animo extirpatam humanitatem arbit-
ratur, que causa est ut amicitia funditus tolla-
mus e uitæ, ne aliquas propter eam lucticiam
molestias? Quid enim interest (motu animi sub-
lato) non dico inter pecudem & hominem, sed in
ter hominem & luxum, aut truncum, aut quidvis
generis ciudicis? Negi enim sunt isti audiendi, qui
virtutem duram, & quali ferream esse quædam
uolunt, que quidem est tu multis in rebus, tum
in amicitia tenera atq; tractabilis, ut ex bonis
amici quasi diffundatur, & incommodis distra-
hatur. Quamobrem angor iste qui pro amico se-
pe capiendus est, non tantum ualeat ut tollat e ui-
ta amicitiam, non plus q; ut uirtutes, quia non
nullas curas & molestias asserunt, repudiatur.

* Cum autem contrahat uirtus amicitiam (ut su- * Diluit al-
pra dixi) si qua significatio uirtutis eluceat, ad tera argu- his de
quam se similis animus applicet & adiungat. Id colligebat amici
cum

*Exponens de
contraria et
proposito*

*Probab
expositio*

Proprium concil
suo di
luxum
ne consti
tuti. contra Sto
icos expositio
ex auctoritate
votli orationis
affectionis votus

*Repositio rem
performatio
conveniens
Stoicos*

M. T. CICERONIS

greci, ami
citas esse
litteris ex utilitate metieadas. cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est,
Quid enim tam absurdum, q̄ delectari multis in
anibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio, ut
Amicitia uestitu, cultuq; corporis, animo autē uirtute pre-
ex amore dito eo qui uel amare, uel (ut ita dicam) reda-
nascentes.
Morum si mari possit, nō admodum delectari. Nihil est
militudo enim remuneratiōne benevolentia, nihil uicissi-
amicitiam cōtrahit. tudine studiorum, officiorumq; iucundius. Quod
Repetitio si etiam illud addimus, quod recte addi potest,
cōrruptio nō ueroq; ē, si rem uilā tam alliciat & tam
attrahat, q̄ ad amicitiam morum similitudo, cō-
ceditur profecto esse uerum, ut bonos boni dili-
gent, asciscantq; sibi quasi propinquitate cōiun-
ctos atq; natura. Nihil est enim appetentius si
miliū sui, nihil sapientius quam natura. Quam-
obrem hoc quidem Fanni, & Scœuola constat
(ut opinor) bonis inter bonos quasi necessa-
riam benevolentiam esse, quæ est amicitiae fons
à natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam
ad multitudinem pertinet, non enim in humana
uirtus, neq; imminuis, neq; superba, quæ etiā po-
pulos uniuersos tueri, eisq; optime consulere so-
lear, quod non faceret p̄fecto, si à charitate uil-
gi abhoi ueret. Atq; etiam mihi quidem uidentur
sibit aliud, arguit amici amicitias, amabilis-
tias uirtutis simum nodum amicitia tollere: non enim tam uti-
litas parta per amicum, quam amici amor ipse
arguit amici non uirtus delectat.

ora in omniorum minoribus & pro declarare
arbitrio & ratione rei missa mixta
et verba Miserere ergo optime.

LAELIUS DE AMICITIA.

delectat. Tumq[ue] illud sit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum amore & studio est profectum. Tantumq[ue] abest ut amicitiae proper in-digentiam colantur, ut i[us] qui opibus & copiis, maximeq[ue] viritate praediti (in qua plurimum est præsidij) minime alterius indigent, liberalissimi sunt, & beneficetissimi: atq[ue] haud scio an ne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis. Vbi enim studia nostra vigissent, si nunquam studio, nunquam consilio, nunq[ue] opera nostra nec domi, nec militiae Scipio equisset. Nō igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitia consecuta est. Non ergo erunt homines diuitijs affluentes audiendi, si quando de amicitia, quā nec usu, nec ratione habent cognitā, disputationebus. Nam quis est (proh deum fidem atq[ue] hominū) qui uelit, ut neq[ue] diligat quenq[ue], nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atq[ue] in omnium rerum abundantia uiuere? Hec enim est Tyranno-rum uita, nimis in quo nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia: omnia tempus suspecta, atq[ue] sollicita sunt, nulus locus est amicitiae. * Quis enim aut eum diligat, quem metuit, aut eum a quo se metuit putet? Quem Coluntur tamē simulatione amicitiae duntaxat ad tempus, qd si forte, ut sit plerūq[ue], ceciderint, quisq[ue] odit, perisse ex timore, etiam si fortuna uiridox.

Quod

fortuna viridox.

1. in no posset exercere libertate in
eos, in quos erat, neq; riform
posset.

M. T. CICERONIS,

In aduer-
sis cognos-
cuntur
amicis.

Quod Tarquinium dixisse ferut, cum cum exil
esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset,
quosq; infidos cum iam neutrī gratiā referre
posset. Quanq; miror in illa superbia, & impor-
tunitate, si quenq; habere potuit. Atq; ut hū
quem dixi mores, ueros amicos parare non po-
tuere, sic multorum opes pr̄potentium excludit
amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna
cæca est, sed eos etiā plerūq; efficit cæcos, quos
complexa est. Itaq; illi effeturunt fastidio, & co-
tumacia, necq; quicquā insipiente fortunato into-
lerabilius fieri p̄test. Atq; hoc quidē uidere li-
cet, eos, qui anteā comodis fuerunt moribus, im-
perio, potestate, prosperis rebus immutari, sper-
niq; ab his ueteres amicitias, & indulgere nouis.

Meli⁹ iau-
dabiliusq;
est amicos
q; diuitias
parare.

Collatio omnia
ig et familiis
et aliis q; vix
interv.

Anglicatio a
finitione: ut etiā si illa maneat, quæ sunt quasi do-
na fortunæ, tamē uita inculta & deserta ab ami-
cis non possit esse iucunda. sed hæc haec tenus.

Q; de l' Confis
foris amici

Expositio
Fortuna
Præmia tæca.
me nimis fort
punctus fort.

debet ab y 24
Honores militare
mores.

Collatio omnia
ig et familiis
et aliis q; vix
interv.

Anglicatio a
finitione:

de magnitudine studi illi ut robini tibi sit amicos

bius autem a fonte omnius per ea quae sunt in
fonte vel aero loco exinde res sententias de modo d.

LAE利VS DE AMICITIA

Constituendi autem sunt, qui sunt in amicitia fines, Qui sunt

& quasi termini diligendi, de quibus tres video in amicis
sententias ferri, quarum nullam probo. *

Vnam, 25

ut eodem modo erga amicum affecti sumus, quo *

Vt antea erga nosmetipos. Alteram, ut nostra in amicos de fonte

benevolentia, illorum erga nos beneficentia differunt,

riter & qualiterque respondeat. Tertiam, ut quanti ita nunc ex

quisque seipsum facit, tanti fiat ab amicis. Harum cum opor-

triū sententiā nulli prorsus assentior, nec enim teat esse

illa prima uera est, ut quemadmodū in se quisque studiū uocat &

sic in amicum sit animatus. Quād multa enim quae animorū

nōstra causa nunquam faceremus, facimus causas amī inter amī

corum, precari amīcī ab indigno, supplicare, tu

acerbius in aliquā inuehi, inēcharīq; uehementer obviandum alio

tius, quae in nostris rebus nō satis honeste, in ami-

cōrū sunt honestissime. Multeque res sunt, in qui-

bus de suis cōmodis uiri boni multa detrahunt,

detrahīq; patiunt, ut ihs amici potius q̄ ipsi fruan-

tur. Altera sententia est, qua definit amicitiam

paribus officijs, ac uoluntaribus. Hoc quidē est

nimirū exigue, & exilitate ad calculos uocare amī Ad calcu-

litiam, ut par sit ratio acceptorum, & datorum, los uocare

Ditior mihi & affluentior uidetur esse uera amī

citia, nec obseruare restricte, ne plus reddat q̄

aceperit. Neq; enim uerendum est ne quid ex-

cidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus m̄ pāndit

equo quid in amicitia congeratur. Tertius uero

ille Confiratio

3: sententie:

+ Confutatio et corvictio fratre operis habet & scilicet amicis
animis. tamq[ue] p[ro]p[ter]e operis operis est aut hoc corvictio in
et omnia omnis operis est opus artis: in Libris Rerum
tamq[ue] p[ro]p[ter]e amicis M. T. CICERONIS

ille finis deterimus, ut quanti quisque se ipse fa-
ciat, tanti fiat ab amicis. Sepe in quibusdam aurani
mus abiectione est, aut spes amplificanda foru-
næ fractior. Non est igitur amici ralem esse in
eum, qualis ille in se est. Sed potius debet emul-
& efficere, ut amici iacentem animum excite in
ducatur in spem, cogitationemque meliore. Alius
igitur finis uerae amicitiae constituendus est, si
prius, quod maxime reprehendere Scipio soli-

* Confuta tus sit, edixero. * Negabat ullam uocem inimici-
tio sententiam amicitiae potuisse reperiri, q[uia] eius qui di-
tie Biatis. Ama tanquam ita amare oportere ut aliquando esset osu-
rus, nec uero se adduci posse, ut hoc quemadmodum
putaretur a Biante esse dictum crederet, qui sa-
piens habitus esset unus ex sepiet, sed impuri cuius
dam, & ambitiosi, aut omnium ad suam potentiam
reuoantis esse sententiā. Quoniam enim modo
quisquam amicus esse poterit, cuius se putabit ini-
micum esse posse? Quin etiam necesse erit cupe-
re & optare, ut q[uia] saepissime peccet amicus, quo
plures det sibi tanquam antas ad reprehendendum.
Rursum autem recte factis, commodisque amico-

rum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare
hoc quidem preceptum cuiuscumque est, ad tollendū
* De dele amicitiam ualeat. * Illud potius præcipendum
Corvicio estu amico fuit, ut eam diligenter adhibeamus in amicitia-
rum. præparandis, ut ne quando amare inciperemus

*Appos p[ro]p[ri]o p[er]m[is]o ross
g[ra]m[m]atica b[ea]tissima et
vobis tali g[ra]m[m]atica.*

LAELIVS DE AMICITIA.

ēum, quem aliquando odisse possemus. Quin etiam si minus felices in diligendo fuissent, ferebundū id Scipio potius, q[uod] inimicitiarum tempus cogitandum purabat. * His igitur finibus Conclus utendum arbitror, ut cum emendati mōres amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerū, conponens.

siliorum, & voluntatū sine ulla exceptione com munitas, ut etiā si qua fortuna acciderit, ut mi nus iuste amicorum uoluntates adiuuande sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandū est de uia, modo ne summa turpitudine sequat. Est enim quatenus amicitie dari uenia possit. Nec uero negligēda est fama, nec medio cre telum ad res regēdas existimare oportet be neuolentia ciuium, q[uod] blandicijs & assentationibus colligere turpe est. Virtus quam sequit cha

ritas, minime repudianda est. Sed (sepe enim re deo ad Scipionē cuius omnis sermo erat de amicitia) querebatur, quod in omnibus rebus homi nes diligentiores essent, ut capras & oves quot quisq[ue] haberet, dicere posset, amicos quot habe ret dicere non posset, & in illis quidem pārādis curam adhibere, in amicis eligēdis negligentēs esse, nec habere quali sīgnā quāclā & notās, qui bus eos qui ad amicitia essent idonei, iudicarēt.

Sunt igitur firmi & frabiles, & cōstantes eligen di, cuius generis est magna penuria, & iudicare C difficile

de talib[us] amicis.

*Appos p[ro]p[ri]o p[er]m[is]o ross
g[ra]m[m]atica b[ea]tissima et
vobis tali g[ra]m[m]atica.*

M. T. CICERONIS

Dificile est amicū iudicare. *difficile est sanē, nisi expertum. Experiēdum autem est in ipsa amicitia. Ita præcurrunt amicitia*

Iudicium tollitq; experiendi potestatē. Est igit
prudētis sustinere ut cursum, sic imperū benevo
lentię quo utamur, quasi aquis tentatis, sic amici

31 tuis aliqua parte periclitatis morib⁹ amicorum.

revera. *ex quo* *parua* *pecunia* *perspicuit* *q̄ sint*
ues. Quidā autē quos parua mouere nō potuit.

Cause q^{uod} cognoscunt in magna.* Si uero erunt aliqui recognosci perti, qui pecunia preferre amicitie sordidum exi- cōstantia. stimēt ubi eos inueniemus a honores magis-

IJulius publica versant. * Vbi em̄ istum inuenias, qui ho
Cesar. Si norē amiciante ponat suo. Quid (hec ut omittā)
uiolädum est ius, re q̄ graues, q̄ difficiles plerisq; uident calamitau
gnādi gra sociedades, ad quas non est facile inuentus qui de
tia uiolan dum est, in scendat, quanquam Ennius recte inquit:
exiere Auctōr m̄ rēbus auctorib; exponit

Tamē hęc duo leuitatis & infirmitatis plerosę
cōuincunt, aut si in bonis rebus cōveniunt ami-

Schiff *zu* *11* *cos*

solim spectat in ignibz annis
Tempis sic dico est in primis
fides.

1. in re India, q. of
gusta or pink

LAElius DE AMICITIA.

cos, aut si in malis deferunt. Qui igitur utraq; in
re grauem, cōstantem, stabilem in amicitia p̄ræ
stiterit, hunc ex maxime raro genere hominum
iudicare debemus, & penè diuino. Firmamētum
autem stabilitatis, constantiæ est eius, quam in
amicitia querimus, fides. Nihil enim stabile est,
quod infidum est. Simplicem p̄ferea & cōmu
nem, & consentientem, & qui rebus iſdem mō
ueatur, eligi par est, quæ omnia pertinent ad fi
delitatē: neq; enim fidum potest esse multiplex
ingeniū & tortuolum: neq; uero qui non iſdem re
bus mouetur, & nātura cōlentit, fidus aut stabi
lis potest esse. Addendum eodē est, ut ne crimi
nibus aut inferendis delectetur amicus, aut cre
dat oblatas: quæ omnia pertinent ad eam quam
iamdudū tracto, constantiā. Ita fit uerum illud,
quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos ei
se non posse. Est enim boni uiri (quem eundem
sapientem licet dicere) hæc duo tenere in amici
tia. Primū, ne quid fictum sit, neue simulatum.
Aperte enim uel odisse alium, magis ingenuum
est, quam frōntē occultare sententiā. Deinde nō
solum ab aliquo oblatas criminaciones depelle
re, sed ne ipsum quidē esse suspicio sum, semp ali
quid existimantem ab amico esse uiolatū. * Ac
cedat huc suauitas quædam oportet sermonum, tum am
icæ morum, haud quaquam mediocre condimen
tum

M. T. CICERONIS

Tristitia
& seueritas abesse
debent ab
amicitia.

repposio
Nouicii ami-
ci nō sunt
ueteribus
antepone-
nōmīo

33
Norādum
prouerbiū

Simeonis

et qd.

*Isocrates
Nouos amicos pa-
rans noli ueterū ob-
liuisci.

Confiniatio-
nōmīo
et equo.

Aldo pro-
id sump-
et ab etato

Capitolo
in primis et in
inferioris

gennat

11. 108 et 110

officii

orarii

stadimē

cum amicitiae. Tristitia autem & in omni re seue-
ritas absit: habet illa quidem grauitate, sed ami-
citia remissior esse debet, et liberior, & dulcior,
& ad omnem comitatē, facilitatemq; p̄clivior.
Existit autem hoc loco quædam quæstio subdi-
flicilis. Num quando amici noui, non indigni ami-
citia, ueteribus sint anteponendis ut equis uetu-
lis teneros anteponere solemus. Indigna dubi-
tatio homine. Non enim amicitiarū esse debent,
sicut aliarum rerū societates. Veterima quæs
(ut ea uina quæ uetustatem ferunt) esse debent
suauissima, uerumq; illud est quod vulgo dicit,
Multos modiōs fatis simul edendos esse, ut ami-
citiae munus explerum sit: * nouitates autem si-
spem afferunt, ut tanquā in herbis non fallacib;
fructus appareat, non sunt illæ quidem repu-
diandæ, uetustas tamē suo loco conseruāda est.
Maxima est enim uis uetustatis, & consuetudi-
nis, at qui in ipso equo (cuius modo mentionem
feci) si nullā rē impediatur, nemo est qui non eo q;
consuevit, libentius utatur, quam in tractato &
nouo. Nec modo in hoc quod est animal, sed in
ijs etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo ualeat,
cum locis etiam ipsis montosis delectemur, &
sylvestribus, in quibus diutius cōmorati sumus.
Sed maximum est in amicitia, superiore patem
esse inferiori. Sæpe enim excellētia quædam

sunt,

LAElius DE AMICITIA.

sunt, qualis erat Scipionis in nostro (ut ita dicā) grege. Nunquam fē ille Philo, nunqua Rutilio, nunquam Mumimio antepoluit, nunquā inferioris ordinis amicis. Q. uero Maximum fratrem egregium uirum omnino sibi nequaq; parem, qd
is anteibat ætate tanquam superiorem colebat: quod faciendum, imitandumq; est omnibus: ut si quam præstantiam uirtutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impartiant eam suis, communicebant cum proximis, ut si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant imbecilliores uel animo, uel fortuna, eorum augēt opes, etq; honoris sint, & dignitati, ut in famulis, qui aliquid propter ignoratiā stirpis, & generis in famulatu fuerint, cum cogniti sunt, & aut deo rum, aut regum filiū inueni, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerut. Quod quidem est multo profecto magis in ueris patribus, certisq; faciendum.

* Fructus em̄ ingenij & uirtutis, omnisq; præ-

Superior
ætate colē
dus est.

To get an expository
of the Superior

stantia tum maxime capitur, cum in proximū nō.

quenq; confertur. Ut igitur hi qui sunt in ami-

citate coniunctiōnisq; necessitudine superiores,

se æquare cum inferioribus debet, sic inferiores

dolere non debent, se à suis amicis aut ingenio,

aut fortuna, aut dignitate superari. Quorū ple-

riq; aut querūtur semper aliquid, aut etiam ex-

C 3 probrant,

M. T. CICERONIS

probrant, eoz magis, si habere se putant, quod officiole, amice, & cū labore aliquo suo factum Meminis-
se debet is, queant dicere. Odiosum sane genus hominum
in quē col- officia exprobrantium, quē meminisse debet is,
lātum est in quem collata sunt, non cōmemorare qui con-
beneficiū, tulit. Quamobrē ut hi qui superiores sunt, sub-
no memo rare q̄ cō mittere se debent in amicitia, sic quodammodo
tulit. inferiores extollerē. Sunt enim quidam, qui mo-

lestas amicitias faciunt, cū ipsi se cōtemnī pu-
tant. Quod non ferē cōtingit nisi his, qui etiam
in inferiorib⁹ s̄e arbitrantur, qui hac opinione
non modo uerbis, sed etiam opere leuandi sunt.

* Quaten⁹ * Tantum autē cuiq⁹ tribuendum est: primum, in inferioria quantum ipse efficere possit; deinde etiā quantico serui tum ille, quem diligas atq⁹ adiuues, possit susti- Scipio Ru nere. Non enim tu possis (quantumuis licet ex tiliū consu cellas) omnes tuos ad honores amplissimos per- Iem fecit.

ducere, ut Scipio Rutilium potuit cōsulē effi-

* Lælium. cere, fratrem eius * Lūcium nō potuit. Quod si Amicitiae etiam possis quiduis deferre ad alterū, uiden-
tate pro- fectu ludi dum est tamē, quid ille possit sustinere. Omnia
cāde sunt: amicitiae, corroboratis iam, confirmatisq⁹ & in-

genijs, & cātibus, iudicandas sunt: nec si qui in-
mōndi, q̄ m̄. eunte x̄tate uenandi, aut pilæ studiosi fuerint,
p̄mōd regnū: eos habere necessarios oportet, quos tum eorū
līm ad placitū: s̄e nō am̄. studio præditos dilexerunt. Istō enim modo nu-
trices & pædagogi iure uestitatis, plurimū be- neua

LAELIUS DE AMICITIA.

nevolentis postulabunt, qui negligendi quidem
nō sunt sed alio quodā modo colendi: aliter em̄
amicitie stabiles permanere non possunt. * Di-
spares enim mores, dispergia studia sequuntur, quo-
rum dissimilitudo dissociat amicitias, nec ob a-
liam causam ullam boni improbis, improbi bo-
nis amici esse non possunt, nisi quod tanta est in-
ter eos, quanta maxima potest esse, morum, stu-
diorumq; distantia. Recte etiam precipi potest
in amicitijs, ne quis intemperata quadā benevo-
lentia (quod persē pe sit) impedit māgnas uti-
litates amicorū. Nec enim (ut ad fabulas redeā)
Troiam Neoptolemus capere potuisset, si Ly-
comedem, apud quē erat educatus, multis cum
lachrymis iter suum impedientē audire uoluiss-
er. Et sāpe incident magnæ res, ut discedēdum
sit ab amicis, quas qui impedire uult, quod desi-
deriū non facile ferat, is & infirmus est, mollisq;
natura. & ob eam ipsam causam in amicitia pa-
rū iustus. Atq; in omni re cōsiderandū est, & qd
postules ab amico, & quid patiare à te impetra-
ri. Est etiam quasi quædam calamitas in amici-
tij dimittēdis nonnunquā necessaria. Iam enim
à sapiētū familiaritatibus ad uulgares amici-
tias oratio nostra delabitur. Erumpunt sāpe ui-
ta amicorum tum in ipsos amicos, tum in aliē-
nos, quorū tamen ad amicos redundet infamia.

C 4 Tales

35 * Amplifi-
cat à dissimili-
tute 36

Dico qd
amico
laboris amicatu-
ris pte.

Lycome-
des.
Neopto-
lemus.

Alfordia
amicis

Cōsyderā-
dum est Repente-
quid ab a Pcepti-
amicis pte Propri-
tudinē tur.

ted his

Je amicis
vulgaris pte
ta brādit
prode firmel
dimittēdis ane
actina dī:

M. T. CICERONIS

37 Tales igitur amicitiae sunt remissione usus leua-
dissuende dæ, & (ut Cajo pe dicere audiui) dissuende ma-
magis quod gis quam discindendæ sunt, nisi quædam admo-
amicitiae. dum intolerabilis iniuria exarferit, ut neque re-
ctum, neque honestum sit, neque fieri possit, ut non
statim alienatio, disiunctiorum facienda sit. Sin au-
tem morum aut studiorum cōmutatio quædam
(ut fieri solet) facta erit, aut in Reipub. partibus
dissensio intercesserit. (Loquor enim, ut paulo
ante dixi, non de sapientum, sed de communibus
amicitijs) cauendum erit, ne non solum amicitia
deposita, sed inimicitia etiam suscepta videan-
tur. Nihil enim turpius, quod cum eo bellum gera-
re, qui cum familiariter uixeris, ab amicitia Q.

Q. Pompei. Pompei mei nomine le remouerat (ut scitis) Sci-
pio, propter dissencionem autem, quæ erat in
Metellus. Repub. alienatus est à collega nostro Metello,

utrumque egit grauter, autoritate & offensione
animi non acerba. Quamobre primum danda

opera est, ne qua amicorum dissidia fiant, sin tale
aliquid euenerit, ut extinctæ potius amicitiaque

oppressa videantur. * Cauendum uero est, ne
etiam in graues inimicitias conuertant se ami-
citate, è quibus iurgia, maledicta, contumelie gi-
gnuntur. Quæ tamen si tolerabiles erunt, feren-
dæ sunt. Et hic hōngs veteri amicitiam tribuedus
est, ut is in culpa sit qui faciat, non qui patiarur
iniuria.

* Prestan-
dum ne ex
amicis ho-
stes fiant.

L. R. Regula quatuor de amicis. Etymologia et diligētus

LAELIUS DE AMICITIA.

injuriam. * Omnino omnium horum uitiorum * Genera
atq; incommodorum, una cautio est, atq; una pro-
uicio, ut ne nimis cito diligere incipiat, neue in
dignos. Digni aut sunt amicitia, quibus in ipsis
inest causa cur diligentur. Rarum genus (& qui
dēm omnia prēclarā rara) nec quicq; difficultius, gnos.

q; reperire, quod sit omni ex parte in suo genere *Roflensio.*

perfectum. Sed pleriq; *tunc* neque in rebus humanis
quicqua bonū norunt, nisi quod fructuolum

fit, & amicos tanquam pecudes, eos potissimum
diligunt, ex quibus sperant se maximū fructum

esse capturos. Itaq; pulcherrima illa, & maxime

naturali carent amicitia, per se & propter se ex

petenda, nec sibi p̄fī exemplū sunt, hæc uis ami-

citiae qualis & quanta sit. Ipse enim se quisq; dili-

git, non ut aliquam à scipio mercedē exigat cha-

ritatis sua, sed quod per se sibi quisq; charus est:

quod nisi idem in amicitiam transferatur, uerus

amicus nunquā reperiatur. Est em̄is amicus qui *Quid sit Reponit*

dem, qui est tanquā alter idem. * Quod si hēc ap̄ amicus. *deformans*

parent in bestiis, uolucribus, agrestibus, natanti plo bestia

bus, suibus, ciciribus, feris, primum ut se ipsi di-

ligant: (Id enim pariter cum omni animāte na-

scurit) deinde ut requirant, atque appetant ali-

quas alias animantes, ad quas applicet eiusdem

generis. Idq; faciunt cum desiderio, & cum qua-

dam similitudine amoris humani: quanto id ma-

C S gis

ut m̄ nō opp̄niant ad virginit̄
nō ad vīti Taty

Arginon.
a minori al
mag pro
nō ab exē
Cohār.

M. T. CICERONIS

gis in homine sit natura, qui & se ipse diligit, &

38 alterum acquirit, cuius animum cum suo cōmi-

scat, ut efficiat penē unum ex duobus. Sed ple-

Amic⁹ vir
bonus esse
debet,

acta reprobatio illo
rd. q̄q̄ p̄ admo-
dum prop̄p̄c̄t̄o si q̄
volunt̄ ea am-
cūm i⁹ q̄ m̄b̄l
vesi Jeramus.

riq̄ peruerse, ne dicam impudenter, amicum ha-
bere talem uolunt̄, quales ipsi esse non possunt,
quæq̄ ipsi non tribuunt̄ amicis, h̄c ab his defy-
derant. Par est autem, primū ipsum effic̄t̄ urum

bonum, tum alterum similem sui quædere. In ta-

ilibus, ea, quam iamdiudum tractabamus, stabi-

Nunq̄ nisi
honestū &
neuolentia cōiuncti, primum cupiditatibus iis
rectū p̄t̄e
qui lib. 39
dūm est.
facet̄ s̄c̄t̄
prop̄p̄v
Nō debet
vīrl̄t̄
nō p̄t̄
vīrl̄t̄ ab amici-
tia abesse.

que solum colet se inter se ac diligēt, sed etiam
uererbuntur. Nam maximum ornamētū ami-
citiae tollit, qui ex ea tollit uerecundiam. Itaque
in his pernicioſū est error, qui existimant libi-
dinum, peccatorumq̄ omnium patēre in amici-
tia licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix
à natura data est nō uitiorum comes, ut quoniam
solitaria nō posset uirtus ad ea quæ summa sunt
peruenire, coniuncta & sociata cum altera per-
ueniret, que si quos inter societas est, aut fuit, aut
futura est, eorum est habendus ad summum na-
turæ bonum, optimus beatissimusq̄ comitatus.

Hac

LAElius DE AMICITIA.

* Hec est, inquam, societas, in qua omnia insunt, * Amplifi- de laude.
quæ putat homines expereda, honestas, gloria,
tranquillitas animi, atq; iucunditas: ut cum hæc
adint, beata uita sit, & sine his esse non possit:

quod cum optimum maximumq; sit, si id uolu-
mus ad ipsi sc̄i, uirtuti opera danda est, sine qua
neq; amicitiam, neq; ullam rem expetendā con-
sequi possumus. Ea uero neglecta, qui se amicos
habere arbitrantur, tū se deniq; errasse sentiunt,

cū eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quo- Apophthe-
circa dicendum est etiam s̄pius, cūm iudicaueris gma. Iudic
diligere oportet, nō cum dilexeris iudicare. Sed prius q; dī-
cum multis in rebus negligētia plectimur, tum ligamus,

maxime in amicis & diligendis, & colendis.

Præ posteris enim utimur consilijs, & acta agi agere.

mus, quæ uetam ueteri prouerbio. Nam im-

plicati ultro & citro, uel usu diurno, uel etiam

officijs repete in medio cursu amicitias, exorta

aliqua offensione, dirūmpimus. Quo etiam ma-

gis uituperanda est rei tam maxime necessariae

tanta incuria. * Vna est enim amicitia in rebus

humanis, de cuius uilitate omnes uno ore con-

sentiunt, quanquā à multis ipsa uirtus cōtemni-

tur, & uenitatio quædam atq; ostētatio esse di-

citur. Multi diuitias despiciunt, quos paruo con-

tentos, tenuis uictus cultusq; delectat. Honores

uero, quorum cupiditate quidam inflammatur,

emphana quam

Amplifi- de laude.
catio, bus vere

amicis

Apophthe-
gma. Iudic
candū est

aliqua

ligamus,

Actum

agere.

Amplificatio por-

compagnies

Amplifi- de degenera-

catio ostēato et vici-

des quām tale amici-

late pa- nis q; multo

teat amici- spacio

tia, & quā est velgo

to presta- bonis.

bilior sit o- linea, neq;

mibus re vita est

aliqua eti-

penda no-

q; volvulas aliq;

et anni anna

M. T. CICERONIS

quam multi ita cōtemnunt, ut nihil inanis esse
nihil leuius, existiment. Item cetera quæ quibus
dam admirabilia uidentur, permulti sunt, qui p
nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idē
sentiunt, & hi qui ad Rēmpub. se contulerint, &
hi qui rerum cognitione, doctrinaq; delectan
tur, & hi qui suum negotium gerunt otiose: po
stremo hi qui se totos tradiderūt uoluptatibus,
sine amicitia uitam esse nullam sentiunt, si mo
do uelint aliqua ex parte liberaliter uigere. Ser
pit enim nescio quomodo per omnium uitā ami
citia, nec ullam ætatis degendæ ratione patitur
esse expertem sui. Quin etiam si quis asperitate
ca est, & immanitatem naturæ, ut cōgreſsus & so
ciatatem hominum fugiat atq; oderit, qualē fuis
se Athenis Timonem nescio quem accepimus,
namen is pati non possit, ut non acquirat aliquę,
apud quem euoniat virus acerbitas sua. Atq;
hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset con
tingere, ut aliquis nos deus ex hac omnium fre
quentia tolleret, & in solitudinem uspiam collo
caret, atq; ibi suppeditans omnium rerū, quas
natura desyderat, abundantiam & copiam ho
minis omnino aspiciendi potestatem eriperet,
quis tam esset ferreus, qui eam uitam ferre pos
sunt, ut cuicq; non auferret fructum uoluptatum o
tollerare. minum solitudo & Verum ergo illud est, quod à
Tarenī

T. Tarenī
de archita.

+ Propterea & sonans proprieatis, & offensionibus
in malicie plent in amicitia. Si & admittit deus amicis
sine erroribus, et de pessima lata.

LAELIVS DE AMICITIA.

Tarentino Archita (ut opinor) dici solitum, nos
stros senes commemorare audiui, ab alijs seni-
bus auditu: Si quis cœlum ascenderet, naturam
mundi, & pulchritudinem syderum perspexi-
set, insuauem illam admirationem ei fore, que in
cundissima fuisset, si aliquem cui narraret, habuisset.
Sic natura solitariū nihil amat, semperq; ad Naturā nī
aliquid tanquam administriculum annitit, quod in illa solita
amicissimo quoq; dulcissimum est. Sed cū tot si-
gnis eadem natura declareret quid uelit, ac querat
qd desyderet, obsurdescimus tamen (nescio quo
modo) nec ea que ab ea monemur, audimus. Est
enim uarius & multiplex uetus amicitiae multe q;
causa suspitionum offensionumq; dantur, quas
tum uitare, tum leuare, tum ferre sapientis est.
Vna illa subleuanda offensio est, ut & utilitas in
amicitia & fides retineatur. Nam & monēdi a-
mici s̄e sunt, & obiurgandi, & hec accipienda
amice, cum beneuole hunc. Sed nescio quomodo
uerum est, quod in Andria familiaris meus Te-
rentius dixit? Obsequium amicos, ueritas odium parit,
Molesta ueritas est, siquidem ex ea nascit odio, Iud, Obse-
quod est uenenum amicitiae: sed obsequium mul-
tu amicos, uerito molestius, quod peccatis indulgens, præcipi-
tem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in parit
eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraude
obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re ha-
bitus in hauc sententia bendat. Terpulij admons
Si vera dicam tibi voluntati tuo iro / do amico
Si p̄m voluntati haud ubi vera
Tixero.

Repetitio preposi-
tio castigatio obes-

atheneus in hauc sententia bendat. Terpulij admons
Si vera dicam tibi voluntati tuo iro / do amico
Si p̄m voluntati haud ubi vera

Tixero.

* Tyranno in cordim aliquid est quod dico, qd
Irronim⁹ dicit, sic uero sic amico sit et non
voluntas vero Tyranno obsequio opus est

M. T. CICERONIS

benda ratio & diligentia est: primum ut moni-
tio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia
careat. In obsequio autem (quoniam Terentia

Fugiēdam no uerbo libenter utimur) comitas adsit, assen-
tatio assentationem.

Dic antistitimus non modo amico, sed ne libero quidē digna est,
atque hinc dico. Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico ut
si ad alterum in cōfessiōnē adiutrix hoc
venerat, se mallo ut ab amico uerum audire nequeat, huius salus
in coros in desperanda est. Scitum est enim illud. Catonis
lere, q̄ in aliis multo melius de quibusdā acerbos inimicos me-
laborato. Coru in mortuorū reri, q̄ eos amicos, qui dulces uideantur. Illos
q̄ uerum s̄pē dicere, hōs nunquam. Atq̄ illud ab
adulatores etiā surdum est, quod hi scilicet qui monentur eā mo-
rī virorū de festiam, quā debet capere, non capiunt, eā quā ca-
piunt, debent carere. Peccasse em̄ se non angunt,
obiurgari moleste ferunt, qd contrā p̄portebat
delicto dolere, obiurgatiōe gaudere. Ut igit̄
& monere, & moneri proprium est uerē amici-
tiae, & alterum libere facere, nō asperre: alterum
patienter accipere, non repugnanter: Sic haben-

* Nullam dum est, * nullam in amicitijs pestem esse mai-
orem, q̄ adulationem, blanditiās, assentationem
in amici- quamuis enim multis nominibus est hoc uitium
tijs q̄ adu- notandum leuum hominum, atq̄ fallacium, ad
lationem.
* A genere uoluptatem loquentium omnia, nihil ad uerita-
assentatio tem. * Cum autem omniū rerum simulatio est
mis.

Repetitio

Quæta illud opus omnis ad Antipatrum

LAELIUS DE AMICITIA.

utiliosa (tollit enim iudicium ueri, id est adulteratus)
tum amicitiae repugnat maxime: delet enim ueritatem, sine qua nomen amicitiae ualere non potest. Nam cum amicitiae uis sit in eo, ut unus qua Amicitia
si animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne

in uno quidem quoque unus animus erit idemque semper, sed uarius, commutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuili, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac uoluntatem, sed etiam uultum atque nrum conuertitur? Negat quis? nego, ait aio. Postremo imperavi egomet mihi omnia assentari (ut

ait idem Terentius) sed ille sub Gnathonis persona: quod amici genus achisberi omnino leuitatis est. Multi autem Gnathonum similes cum sint loco, fortuna, fama superiores. Horum est assentatio molesta, cum ad uanitatem accessit auctoritas. * Secerni autem bladus amicus a uero & internosci tam potest, adhibita diligentia, quod omnia fucata & simulata à syncretis atque ueris, cù ab aliis latore. Secerni laetitia posse amicitia in amicis tibibus

Concio, que ex imperitissimis constat, tamē iudi care solet, quid interfit inter popularem, id est, assentatorem, & leuem ciuē, & inter cōstantem, scuerum, & grauem, quibus blanditijs * C. Papyrius consul nuper influebat in aures concio. * Ab exercitu, cum ferrari legem de tribunis plebis reficiens. Dis. Dissuasimus nos, sed nihil de me, de Scipione dicam.

Ego ceteris

Cato.

at prout ma-
stribus totum
rent clapsos ipse.

M. T. CICERONIS

dicam libentius. Quāta illi dī immortales suī
grauitas, quanta in oratione maiestas: ut facile
ducem populi Romani, non comitem diceres:
sed affūstis, & est in manib⁹ oratio. Itaq; lex
populāris suffragijs populi repudiata est. Atq;
(ut ad me redeam) meministis Q. Maximo fra-

41 tre Scipionis, & L. Mancino consulibus, q̄ po-
pula ris lex de sacerdotijs C. Licinij Crassi uide-
batur: cooptatio enim collegiorū ad populi be-

neficium trāsferebatur, atq; is primum instituit
in forum uersus agere cum populo. Tamen illi
uendibilem orationem religio deoū immorta-

lium, nobis defendantibus facile uincebat. Atq;
id actum est pretore me quinquennio antequā
consul sim factus. Itaque re magis q̄ autoritate
causa illa defensa est: quod si in scena, id est, in cō-
cione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plu-
rimum est, tamen uerum ualeat si modo id pate-
factum & illustratum est, quid in amicitia fieri
oporteret, quæ totā ueritate pendit. In qua
nisi, ut dicit, apertum pectus uideas, tuumq; oīte-
das, nihil fidum, nihil exploratū habeas, ne ama-

re quidem aut amari possis, cum id quām uere-
fiat, ignores. Quanquā ista assentatio quamvis
perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi
amat qui ei, qui eam recipit, atq; ea delectatur. Itaq; sit, ut
ipse sibi af-
sentatur, is assentatoribus patefaciat aures suas maxime,
omnēs autem qui
fatores.

Scena.

habet opt. per me nunc.
Assen-
tione-
mentum
amat qui
ipse sibi af-
sentatur,

LAE LIVS DE AMICITIA.

qui ipse sibi assenteret, & se maxime ipse dele-
bet. Omnino est amans sui uirtus, optime enim
se ipsa nouit, quamq[ue] amabilis sit intelligit. Ego Responsio
autem non de virtute loquor, sed de virtutis ad virtutem
pinione. Virtute epim ipsa non tam multi praediti esse, quam uideri uolunt. Hos Sententia
delectat assen-tatio
tatio. His fieri ad eorum uoluptate sermo cum
adhibetur, oratione illam uanam, testimonium
esse laudum suorum putant. Nulla est igitur hec
amicitia, cum alter uerum audire non vult, alter
ad mentiendum paratus est. * Nec parasitorū * Probar
in comedijis assentatio nobis faceta uideretur, exēplo as-
sistere, sentationē
nisi essent milites glorioſi. Magnas vero agere obnoxios
gratias Thais mihi! Satis erat responderē ma-
gnas, ingentes inquit. Semper auget assentatio esse illos
id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, pult esse
magnum. Quamobrem quamuis blanda ista ua-
titas apud eos ualeat, qui ipſi illam allectant et
inuitant, tamē etiam grauiores, constantioresq[ue]
admonendi sunt, ut animaduertant, nec callida
assentatione capiātur. A perte enim adulantem Nota.
nemo non uidet, nisi qui admodum est excors.
Callidus ille & occultus ne se insinuerit, studiose
cauedum est: nec enim facile agnoscitur, quippe
qui etiam aduersando ſe per assentetur, & litiga-
re ſe simulans blandiatur, atq[ue] ad extrellum det
manus, unicuique ſe patiatur, ut is qui illusus fit,
Audiit sp.
virtus ei
R. d. 8
plus et ad lance.

M. T. CICERONIS

plus uicisse uideatur. Quid autem turpis, quam
illud! Quod ne accidat magis cauendum est
ut in Epicureo.

43 Hodie me ante omnis coenitos stultos senes
versaris, atque luseris lautissime.

Corredio. Hæc etiam in fabulis stultissima persona est im-
onis de leonis prouidorum, & credulorum senum. Sed nescio
qui furiosus amit additum quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum,
onoratus & gloriosus id est, sapientum (de hac dico sapientia, que ui-
t & constat brevi & de amicis, & longe
reputatione) detur in hominem cadere posse ad leues ami-
ctias. Deflexit citias & defluxit oratio. Quamobrem ad illa pri-
marchi Epilogus disputatio maestreamus, eaq; ipsa concludamus aliquando.
Tunc pri- Virtus, inquam, C. Fanni, & tu Q. Muti, & co-
cipit alii citia. ciliat amicitias & conseruat. In ea est enim con-
marchi. Virtus co- sseruat. ciliat ami- uenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constan-
citias, & tia. Que cum se extulit, & ostendit lumen suum,
conseruat. & idem aspergit agnouitq; in alio, ad id se admo-
uet. uicissimq; accipit illud, quod in altero est ex
quo eorum exاردescit siue amor, siue amicitia,
ut runq; enim dictum est ab amando. Amare au-
tem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, que
ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaerita.
Que tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si
tu eam minus secutus sis. Hac nos adolescentes
benevolentia, ienes illos L. Paulum, M. Catone,
C. Gallum, P. Nasicam, T. Gracchum Scipionis

Definitio.
Quid sit
amare.

Emilia
minora
nostris
sacerdotum
dileximus. Hec etiam magis eluet
intra
inter

LAElius DE AMICITIA.

inter aequales, ut inter me & Scipionem, L. Furi-
um, P. Rutilium, Sp. Mummiuum. Vicissim au-
tem senes in adolescentium charitate acquiesci-
mus, ut in uesta, & in Q. Tuberonis equidē ad-
modum adolescentis, & P. Rutilij Virginij fa-
miliaritate delector. Quandoquidem ita ratio
comparata est uite naturæ q̄ nostræ, ut alia q̄as
oriatur ex alia, maxime quidem optandum est,
ut cum aequalibus possis uovere, cum quibus tan-
quam e carceribus emissis, cū iisdem ad calcem
(ut dicitur) peruenire. Sed quoniam res huma-
nae fragiles, caducae q̄ sunt, semper aliqui acqui-
rendi sunt, quos diligamus. & a quibus diliga-
mur. Charitate enim, benevolentia q̄ subtata o-
mnis est uita subtata iucunditas. Mihi quidem
Scipio, quanquam est subito erexit, uiuit tame-
semper q̄ uiuet. Virtutem enim semper amauit il-
lius viri, que extincta non est, nec mihi soli uer-
satur ante oculos, qui illam semper in manibus
habui, sed etiam posteris erit clara & insignis.
Nam ueritas uincit, & uincere debet.

Nota.

habui, sed etiam postcris erit clara & insignis.
Nemo unquam animo aut spe maiora suscipiet,
qui sibi non illius memoriam atq; imaginē pre- * Coacer-
ponendam putet. * Equidē ex omnibus rebus, uatio oī
quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil cōmodorū
habeo, quod cum amicitia Scipionis possit cōfūcū & officiū
parari. In hac mīhi de Rēpublīca fuit cōsensus: tulit Scipi-
onis amicitia.

D 2 requires

M. T. CICERONIS

requies plena oblectationis fuit, nūquam illum
ne minima quidem re offendī, quod quidem sen-
serim. Nihil audiui ex eo ipse, quod nolle. Una
domus erat, idem iūctus, eisq; communis, neque
solum militia, sed etiam peregrinationes, rati-
cationesq; communes. Nam quid ego dē studiis
dicam, cognoscendi semper aliquid aīq; dis-
cidi in quibus remoti ab oculis populi, omne o-

Notā, tium tempusq; contriuimus. Quarum rerum re-
cordatio & memoria, si una cum illo occidisset,
desiderium coniunctissimi uiri atque amantis
simi ferre nullo modo possem. Sed nec illa ex-
tincta sunt, alunturq; potius, & augentur cogi-
tatione & memoria. Et si illis plane orbata essem,
magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solitū.
Diutius enim in hoc desiderio esse nō possum,

Omnia autem brevia, tolerabilia esse debent,
etiam si magna sint. Hæc habui de amici-
tia, quæ dicerem. Vos autē hortor,

ut ita uirtute locetis (sine qua amicitia esse nō potest) ut
ea excepta, nihil ami-
citia prestabili
us esse pu-
tetis.

MARCI TULLII CICERONIS

Lælij, seu de Amicitia

FINIS.